

## Band IV., Nr. 1226, Seite 294-295

*Die Äbtissin K., der Propst L. und der Konvent in (Frauen-)Alb verkaufen den Klosterfrauen in Kirchberg mit Zustimmung ihres Vogtes Otto von Eberstein die ihnen dereinst von dem Grafen Berthold von Sulz als freies Eigentum vergabte Salzhalle zu Sulz.*

Frauenalb, 1252. Januar 20.

Universis Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, K. abbatissa, L. prepositus totusque conventus ecclesie in Alba, ordinis sancti Benedicti, rei geste noticiam. Quia mater litis oblivio post cursum multi temporis super rebus gestis consuevit oriri, cautum est, ut huic malo scripture memoria debeat obviare. Noverint igitur tam presentes quam posterius, quod nos hallam salis in villa Sulce, quam bone recordacionis dominus Berchtoldus comes de Sulce ecclesie nostre pro remedio anime sue libere donavit, cum omni iure proprietatis ad ipsam spectante et ab omni iure feudali absolutam, quam nec nos unquam alicui infeodavimus nec alio quovis modo seu debito honeravimus, dilectis in Christo sanctimonialibus in Kilperg, ordinis Predicatorum, cum omni libertate et plena proprietate, qua et nos dictam hallam possedimus, pro XXXV libris Hallensium vendidimus et hanc pecuniam in emptionem alterius possessionis nostre ecclesie nos commutasse maioris utilitatis gratia profiteamur. Et ut predicta vendicio maiorem obtineat firmitatem, domini et advocati nostri O. de Eberstain voluntas ad ipsam accessit et consensus, quod et sigillum suum huic appensum littere protestatur. <br> <br> Acta sunt hec anno incarnationis dominice M<sup>[o]</sup>. CC<sup>o</sup>. LII<sup>o</sup>., in ecclesia nostra in Alba, XIII. kalendas Februarii. Et ut presens contractus perpetuum robur habeat firmitatis, hanc litteram domine K. abbatisse in Alba et domini O. de Eberstain sigillorum munimine fecimus communiri. Testes autem, qui iam dicte vendicioni intererant, sunt hii: iunior schultetus qui et advocatus dicitur in Ienrispach<sup>1</sup>, Gerungus receptor hospitum ibidem, C. de Müln<sup>2</sup>, Waltherus de Châsintal et alii quam plures.

---

Nach dem Kopialbuch des Klosters Kirchberg aus dem 15. Jahrhundert, „*Orte dishalb Neckers*“ betreffend, fol. CCXVIII.

<sup>1</sup>Gernsbach.

<sup>2</sup>Mühlen, Horb am Neckar, FDS (zweifelhaft).

## Überlieferung und Publikationen

### Überlieferung und Textkritik:

War in dem 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA  
Stuttgart H 14 Nr. 160, S. 219.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Frauenalb

### Aussteller:

K.; Äbtissin von Frauenalb L.; Probst von Frauenalb Frauenalb; Kon-  
vent

### Ortsindex:

Frauenalb Wohnplatz (5395) <br> Frauenalb, Marxzell, KA <br> Gerns-  
bach Wohnplatz (5745) <br> Gernsbach, RA <br> Kirchberg Wohn-  
platz (12729) <br> Kirchberg, Sulz am Neckar, RW <br> Käsental  
Wohnplatz (16586) <br> Käsental, Albstadt, BL <br> Mühlen Wohn-  
platz (7495) <br> Mühlen, Horb am Neckar, FDS <br> Ruine Eber-  
steinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202) <br> Ruine Ebersteinburg  
(Alteberstein), Baden-Baden, BAD <br> Sulz am Neckar Wohnplatz  
(12745) <br> Sulz am Neckar, RW